INCIPIT OMELIA SECUNDA

De sacrificiorum ritu. hoc est de muneribus & salutaribus & pro peccatis.
Et quomodo offert pontifex. pro peccato suo & pro peccato sinagogae.
uel pro anima que ex populo terrae peccauerit non uoluntate. Superior qui
dem de principio leuitici disputatio edocuit nos legem sacrificiorum quae munera
appellantur. ut si homo munus offerr&. ex animalibus. id offerr& id est ex bubus uel
ouibus. uel &iam capris. Si uero ex auibus turturum par aut duos pullos columbi
nos adhiber&. Si uero anima offerr& munus simulam offer& ex clibano id est
panes ex simila azimos aut symilam oleo conspersam ex sartagine. uel &iam a
graticula. Si autem sacrificium offerat primitiarum. de primitiis frugibus ut
symila sit recens. id est noua e igni quoque eam torreri uult medio fracta; et
ne multum minutum sit. quia primitiae sunt. & bene purgata sit. oleum quoque
& thus. ut inponatur super eam & sic offeratur. At uero si qui offerat sacrificium
salutare ex bubus iubetur offerre. uel &iam ex ouibus. siue capris. et exceptis his
nullum aliud sacrificii genus substituitur in salutaribus hostiis. Nam pro pec
catis non solum uoluntariis. ueneraliter quidem anima iubetur offerre. sed
post per diuersas ... uariasque personas. & iubetur siquidem pontifex
sit qui deliquid. & offert sacrificium pro peccato uitulum holocaustum.
offerat sed non eo ritu quo illum quem in munere obtulit. de hoc enim tantum
adipes & duae renes cum adipibus suis. & adipem qui tegit interiora inponit.
super altare. holocaustorum de sanguine quoque eius intinguens digitum su
um respergit septies contra adytum & linit ex eo cornua altaris incensi. ceteras autem
carnes cum corio & interaneis & stercore extra castra igni cremari iub& in loco
mundo; Obseruandum sane est quod in peccato pontificis non addidit legis
lator quia per ignorantiam aut non uoluntate peccauerit. Neque enim cadere
ignorantia poterat in eum qui ut ceteros docer& prouectus est. Si autem totius
sinagogae peccatum fuerit uitulum nihilominus holocaustum sinagoga iu
betur offerre. sed in peccato sinagogae dicitur. Si ignorauerit & latuerit uer
bum ab oculis sinagogae. & fecerit unum ab omnibus mandatis dñi quod non
fi&; unde appar& &iam omnem synagogam posse delinquere per ignorantiam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0396